





[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a list or index of entries.]

o

li-

is

iii-

iv



[Faint, illegible handwriting on aged paper]



1649.

1. Moebius, Gothofredus: De natura et usu vomitoriorum.
2. Moebius, Gothofredus: De rheumatico affectu.
3. Moebius, Gothofredus: De natura et usu clysterum saluberrimus.
4. Richter, Christophorus Philippus: De jure, vasallo in feudo competentis.
5. Rolfincius, Guernerus: De inappetentia ventriculi.
6. Schelhammerus, Christophorus: De paralyssi.
7. Schelhammerus, Christophorus: De venere.
8. Struve, Georg Adamus: Siniographiæ juris feudalis pars I.
9. Struve, Georgius Adamus: Disputatio inang. ex faucosotti-
ma l. si unquam & C. de reue. Donat. C. quæstionibus
inclusa.


1649.

10. Thomas, Thomas: De superficie.
11. Ursath, Johann Casparus: De jure retracto-
nis et emigrationis
12. Ursath, Johann Casparus: De subjectionis jure
13. Volckius, Joannes: Theoremata medica.

1650.

1. Beckmann, Johannes Bartholomaeus: De magistratu
in genere.
2. Moebius, Gualterus: De podagra.
3. Moebius, Gualterus: De sterilitate senes-
centrisque.
4. Richter, Christophorus Philippus: De rebractu
lineari.
5. Rolfinck, Guernerus: De ictero flavo.
6. Rolfinck, Guernerus: De phrenitide.
7. Sagittarius, Joh. Christoph: Constantinus magnus,
Imperator Romanus.

- 7^a
3 Schaeffer, Henricus: De calculo renium.
8. Schelhammerus, Christophorus: De catalepsi
9. Sturme, Georg Adamus: De jure domicilii
10. Thomae, Johannes: Cupidam legum juventutem ad
institutionem lectiones . . . invitet
11. Thomae, Johannes: De concessa litigiosi alienatione.
12. Thomaeus, Johannes: De revocanda et punienda
litigioso alienatione.
13. Thomae, Johannes: De monopolis
14. Thomae, Johannes: De commodato
- 15^a et Thomae, Johannes: De nundinis. 2 Exempt. 1650
et 1724. ad. 1724. accessit: Joh. Jac. von Ryssel:
de eadem materia Ann. inaug. 1692 habita.
16. Thomae, Johannes: De mutuo.
17. Thomae, Johannes: De fructibus.
18. Ungerer, Erasmus: De eratione venditione



1649,5 5
D. O. M. A.

Disputatio Medica Inauguralis

ΠΕΡΙ ΑΝΟΡΕΞΙΑΣ

Seu

DE INAPPETENTIA
VENTRICULI

Quam

ATHENIS SALANIS

*Autoritate & permisso Illustris & Gratosissimi
Asclepiadarum ibidem Ordinis*

SUB CLYPEO

V I R I

Nobilissimi, Amplissimi, Excellentissimi atq; Experientissimi,

DN. GVERNERI ROLFINCII,

Phil. & Medic. Doctor. clarissimi, Practicæ & Chim.

Professoris Publici famigeratissimi, Facultatis Senioris Gravisissimi,

necnon Medici Ducalis Saxo-Vinariensis eminentissimi, Do-

mini Præceptoris, Promotoris ac Patroni æviternum

honorandi & colendi

PRO LICENTIA,

Summis honoribus & Privilegiis DOCTORALIBUS

in arte Medica legitimè consequendis

Publicè vendilandam proponit

JOHANNES MATTHIAS NESTERUS

Culmbaco-Francus, Reip. Nivemontanæ Physicus Ord.

Ad diem 27. Junij

In Auditorio Majori, Horis solitis.

J E N Æ,

E CALCOGRAPHICO LOBENSTEINIANO.

ANNO cl^o lxx XLIX.

Disputatio in medica inauguralis
DE FEBRI ANOPELIIA

DE INAPPETENTIA
VENTRICULI

A THESENIS SALAMIS
PUBLICE PROPOSITA ET DEFENDITA

DR. GVERNERI ROLLINCI
PUB. & MEDIC. DOCTOR. CHIRURGI. PRACTIC. & CHIM.

PROFESSOR. PUBLICO. CHIRURGICAE. ANATOMIAE. & CHIMIAE.
HONORABILIS. FACULTATIS. MEDICINAE. SALAMIS.

PRONOTICENTIA
SPRANNO. HONORABILIS. FACULTATIS. MEDICINAE. SALAMIS.

JOHANNES MATTHEI
MAGISTRO. PHARMACEUTICAE. SALAMIS.

E. CALCOGRAPHUS. P. J. F. H. SALAMIS.
ANNO. MDCCCXXXIII.



Σὺ Θεῶ, τῶ ἱατρῶ Χειρῶ!



Uoties nobilissimam ac pulcherrimam Microcosmi fabricam & Oeconomiam, inq; ea præstantissimum illum ac maximè necessarium istius œconomix coquum & Architriclinum, VENTRICULUM nimirum quem *Plato*, ex sententia magni nostri *Hippocratis*, Regem totius humani corporis proclamat, & à *Quinto Sereno Samonico* regiâ afficitur dignitate, non tantùm oculis, verùm & mente intuemur, toties idem admirari ejusq; misereri animos subit. Admirari subit magnam ejus eminentiam, nobilemq; usum, qui tantus est, ut si non principalis, dignissima tamen & maximè necessaria corporis pars appelleretur. Siquidem *χυλώσεως* illa officina, ac alimenti primarii quasi *τιμειον* seu promptuarium, ut pulcherrimè loquitur *Gal. 4. de usu part. c. 1. & 1. de caus. sympt. c. 7.* alimentum prius, non solùm naturali impetu ac ordine, sed & animali ad totius commodum à natura instituto, appetit atq; attrahit, attractum, ut coquatur, retinet, & coctum tandem ad futuram secundæ coctionis materiam expel-

A 2 lit.

lit. Misereri verò ejus inducimur eam à Natura
immunitatem assequi haut potuisse, ut à passio-
nibus liber esset, immò pejorem adhuc ejus esse
conditionem, quàm aliorum ferè membrorũ.
Impeditur enim à variis multisq; adfectibus, ut
scil. ejus concoctiones ac appetentiæ nonnun-
quam non omninò, vel depravatè fiant. Con-
coctiones omninò non fiunt per apepsias,
quando nimirum cibum penitus non conco-
quit: Imminuuntur per bradypepsias, ubi im-
becillè ac imperfectè cibum digerit: Depra-
vantur per dyspepsias, cum difficulter cibus ab
eo concoquitur. Appetitus autem prosterni-
tur omninò vel imminuitur per ἀποστίαιας, cibo-
rumq; fastidia; depravatur in pica, malacia, ap-
petentia canina, βελίμω ac immodica siti. Inter
hæc omnia verò, quibus fatalis Pandoræ pyxis
viscus illud nobilissimum adficere solet, non
ultimam ducit legionẽ ANOREXIA, quippe quâ
corpꝰ humanum miserè exsiccat, ad actiones
omnes ineptum redditur, ac instauratio anima-
lis omninò impeditur. Hunc itaq; affectum hæc
vice pro tenuitate nostra in theatrum quasi ad-
ducere, breviterq; pellustrare nostra stat senten-
tia: Quamobrem ut illud ad optatam metam
feliciter perducere queamus,

Ἄγέ ἡμῶν ὦ Ζεῦ, καὶ σὺν, ἡπεπερωμένη.

THESIS I.

T H E S I S I.

Affectus, de quo impræsentiarum agere decrevimus, apud Græcos communiter appellatur ANOPEEIA, σιτίων ἀποστροφή, ut inquit Paulus lib. 3. c. 37. à Galeno interdum ἀσιλία, ut patet com. aph. 17. 4. ab Hipp. autem 3. aph. 6. ἀποσίτη, & 5. aph. 61. Ἄση, i. e. cibi fastidium, tam ab Hipp. quàm Gal. nominatur. Hofman. de loc. aff. l. 1. c. 28. §. 7. νέκρωσιν τῆς διωάμεως ὀρεκτικῆς vocat, quæ nihil aliud est, inquit, quàm Paralysis oris ventriculi, cum nervis ipsius accidit, quod aliis partibus resolutis. Latinis Inappetentia, cibi fastidium, vel aliquando Nausea dicitur. Vernaculâ nostrâ hunc adfectum exprimere solemus: Ich habe keine Lust oder appetit zum essen: oder / es will mir gar kein essen schmecken.

II. Et quanquam Gal. 1. epidem. l. 1. 28. differentiam inter ἀσίτες καὶ ἀποσίτες statuatur, Ἀσίτες propriè nominans eos, qui appetentiâ carentes cibum non sumunt: ἀποσίτες verò qui oblatos respuunt: Inappetentes tamen omnes dicuntur.

III. Verùm de Etymologia haut litigabimus, siquidem ἐξίλατος noster Galenus multis in locis scrupulosam nominum curiositatem tanquam vanam atque inutilem prohibet planè ac rejicit. Sufficiat nobis in eo omnes convenire, quod sit appetitus prostratus, qui ita à nobis.

IV. DEFINITUR, quòd sit Abolitio facultatis appetitricis, ex defectu sensus suctionis in superiori ventriculi orificio orta.

V. Hæc definitio, ut res ipsa meliùs innotescat, nobis nunc explicanda erit. Sciendum itaque

VI. GENUS definitionis esse abolitionem facultatis appetitricis, sive privationem famis.

VII. Τὸ πρῶτον δεικνὺν verò seu LOCUM AFFECTUM quod adtinet, de hoc Medici in distractissimas abierunt sententias:

tias : quorum alii ipsum ventriculum Subjectum : nonnulli
superius os ventriculi asseruerunt. Sunt quidem ex recentiori-
bus sensum acutum in orificio ventriculi superiori vigere, ap-
petitumq; simul ibi fieri posse concedentes, at solum orificium
istud appetitus sedem esse dubitant, quia ibi fieri debet appeti-
tus, ubi fit chylosis, sed non in orificio ventriculi, sed potius in
fundo ejus, intestinisque superioribus fit Chylosis. Existimant
ergo, sedem appetitus, ut & ἀνορεξίας esse fundum seu rotum
ventriculum, intestinaq; superiora, quia etiam in illis molestia
in fame percipitur.

IIX. ALII genuinum ac legitimum imò ptincipa-
le anorexiæ subjectum seu mineram statuunt Superius OS
ventriculi, quod Græcis σόμα τῆς κοιλίας Gal. d. usu part.
& Hipp. in Coac. A veteribus autem καρδία, cor referente Gal.
1. d. caus. sympt. 7. & l. 4. com. in aph. 17. § 65. non tantum
propter consensum ac vicinitatem quam cum corde ha-
bet, sed & ob gravissima symptomata, quæ ex hujus visce-
ris affectionibus promanare, & cor ipsum nonnunquam
afficere solet, appellatur. Hoc enim orificium nervis majori-
bus ac pluribus à sexto nervorum pari descendentibus dona-
tum est; unde impossibile non est, illud si pravis & acerbis hu-
moribus repletum fuerit, simul ac ipsum Cor, ut & Cerebrum
& infinita alia membra, per consensum ob vicinitatem atque
cognitionem lædi.

IX. Quod verò illud proximum & adæquatum Subje-
ctum sit, testimonio constat Galeni l. 1. d. caus. sympt. c. 7. § de
loc. aff. c. 6. § 3. com. aph. 6. Ubi anorexiam inter symptoma-
ta oris ventriculi recenset.

X. Sed cum nihil sine causa fieri possit, ut vulgaris ha-
bet canon, absque ulteriori remora longisque ambagibus ad
causarum hujus mali explanationem nostrum ut dirigamus
filum, instituti ratio svadet.

XI. Quot autem causæ sunt naturales ad appetitum ex-
citandum necessariae; totidem etiam, quæ illum abolere aut
imminuere queunt, inveniuntur. Multa ad construendum,
pauca verò ad destruendum requiruntur.

XII. CAUSÆ

XII. CAUSÆ PROXIMÆ, seu primariæ, in ipsa definitione mentionem fecimus, ubi nimirum diximus, ἀνορεξία fieri ex defectu sensus Suctionis, secundum Gal. l. 1. de Sympt. caus. c. 7. Ubi inappetentiæ causam proximam ponit vel suctionis in ventriculo defectum, quod scilicet omnino aut nulla aut certè exigua suctio ubi fiat, vel sensum suctionis ablatum, & quod ille penitus jam perierit. Remotam autem quod corpus non vacuetur modo contrario, ut fames & appetitus naturalis fieri solet.

XIII. Ast quomodo Suctio interdum non fiat, & quibus causis sensus ejus impediatur, de ea multæ multorum medicorum extant opiniones. Eapropter multa de his dissertationi nostræ intertexere, supervacaneum esse putamus: Attamen breviter illam ut attingamus, ponimus, Sensum suctionis deficere, vel quia vis sensifica in ipso ventriculo perit, vel quia suctio per venas mesaraicas non fit. Cum sensus ipsius oris ventriculi destruitur, utiq; suctionem non sentit, fieri potest, aut eò primariò affectò, vel per consensum cerebri, seu sextæ conjugationis nervorum, per quos vis sensus orificio ventriculi communicatur. Suctus autem non fit, cum nimirum vel alimentum in corpore abundat, vel quòd ejus dissipatio non adfit, aut quòd reliquæ corporis partes propter earum imbecillitatem non sugant, etiam si inanitio fiat, aut propter venarum aut jecoris ἀτονίαν ac obstructionem, aut ob læsionem primi sensorii: unde 2. apb. 32. in causa sitifera non sitire, in dolorifica non dolere, in malis habetur. Verùm plura in hanc rem qui expetit, consulat Capivacc. præct. l. 3. de aff. ventr. c. 7. Dunc. Lidd. l. 3. de aff. ventr. c. 11. Senn. l. 3. prax. part. 1. ff. 2. c. 1. institut. l. 2. p. 3. sect. 2. c. 1. qui hac de re accuratissimo calamo.

XIV. Habet verò hæc causa alias concausas, quarum aliæ sunt internæ, & antecedentes; aliæ Externæ, & primitivæ seu præcætarcticæ dicuntur.

XV. Antecedentes, ἀεγνηστέραι dictæ, reperiuntur partim in ipso ventriculo, partim ei ab aliis membris communicantur; & illæ κατ' ἰδιοπάθειαν, hæc verò κατ' ἀλλοπάθειαν appetitum prosternere statuuntur.

XVI. Ex

XVI. Ex his quæ κατ' ἰδιότητα appetitum dejiciunt, primum sibi vendicat locum Intemperies, præprimis Calida, quippe quæ solida corpora laxando, rarefaciendo, & dissolvendo ad attractionis functionem reddit imbecilliora, ut in aëre calido agentibus, vel valida exercitia subeuntibus, calidioribus balneis utentibus sæpè contingit, ut *Gal. l. 1. de sympt. caus.* habet.

XVII. Caliditas autem appetitum destruit vel per se, vel per accidens. Per se, quia frigiditatem aufert, quæ moderata existens, orexim excitat. Per accidens, quia dissolvit humiditates, per quas emolliuntur ac debilitantur partes attractentes. Nonnunquam humores quoq; liquat, & ad orificium stomachi, qui replendo famem auferunt, transmittit: unde in febrium principiis cibi appetitus dejicitur.

XIIX. Post intemp. calidam immodica Frigiditas (quam nonnulli in positivam & privativam distingvere solent, uti apud *Senn. prax. l. 3. p. 1. s. 1. c. 5.* legitur.) inter potissimas causas, quibus fames impeditur, numeratur, quæ scil. vires corporis tanquam emortuas reddit, ac dejicit, sive ab extrâ sive ab intrâ proveniat, ut liquet ex *Gal. com. aph. 20. l. 2. & Alex l. 7. c. 7.* Sicuti & videmus in senibus, qui ratione frigiditatis nec multum appetunt, nec multo cibo opus habent. Modica verò si fuerit, appetitum potius auget. *Hofm. d. loc. aff. l. 1. c. 28. §. 5.*

XIX. Ex iisdem itaque intemperiebus mala quoq; fit concoctio, unde multi generantur humores crassi, crudi, prærei, qui, dum incrustant ipsum stomachum, sensum ipsius obtundunt, & inappetentiam excitant, ex quibus rursus cum intemperiebus ulcera ac apostemata fiunt, vel in ore ventriculi, vel in aliqua corporis parte, quæ itidem ἀνορεξίας causæ esse possunt. Per talia enim apostemata factâ continui solutione, nervi ad alienum perducuntur sensum, debitaq; constrictio & sensus impediuntur atque abolentur.

XX. Quæ κατ' ἀνορεξίαν anorexiam excitant, faciunt id tùm δυσκοροσία, tùm humorum abundantia, ventriculo communicatâ.

XXI. Com-

XXI. Communicantur autem hi humores vel à toto, ut in nimia corporis repletionem, & in febribus; vel à membris particularibus, quæ cum orificio *κοινωνίαν* habent, ut à capite in catarrhis, à corde in peste, &c.

XXII. Verùm qualis propriè humor sit, qui orificium ventriculi obsidet, ejusque temperamentum evertere solet, magna in foro Medico adhuc sub judice lis est. Nos dicimus, humorem pituitosum simplicem, quæ talis, non esse, quia iste humor est frigidus; atqui frigiditas, si modum non excedit, potius appetitum provocat, quàm destruit. Multominus bilioso hanc vim attribuimus, siquidem biliosus iste humor non tantum coctionem juvat, fermentationis virtute pollens, sed & ad excitandam appetentiam plurimum, ut multæ rationes svadent, præstare existimamus, ut innuit quoque Græcus ille autor antiquissimus *Nemesius*, cujus sententiæ suffragium haut obscurum, *Amplissimi & Excellentissimi Dn. D. Mæbii, Præceptoris ac Patroni mei aviternum honorandi*, non tantum in habito discursu de *Chylificatione*, sed & in disputatione nostra de *nat. & usu Bilis*, favere videtur. Tandem neq; Melancholicus humor in culpa esse potest, quia atra bilis, ut apud omnes medicos in confesso, aciditate suâ ad appetitum provocandum multum valet; id quod melancholici, qui nonnunquam sunt voracissimi, satis superque testantur.

XXIII. Arbitramur itaq; & statuimus humores illos esse excrementitios, mucilaginosos, salios, putridos, acres atq; mordaces, è cerebro in ventriculum devolutos, vel aliunde & ex visceribus secundæ coctionis eò confluentes, quibus orificium ventriculi incrustatur, unde tamdiu perit appetitus, donec vel arte sublatis, vel natura sensim evanescentibus illud repurgetur, pristinaq; facultates, aliquandiu quasi sepultæ destinatas functiones rursus obeant.

XXIV. *Paracelsus in pract. part.* rejicit causam in ♀um, inquiens; si spiritus vini separat se à sua corporalitate, & transit ad hepar, relinquit post se corpus, quod in se continet ♀rum crassum, durum ac spissum: Si venas ex stomacho constipat, adimit appetitum cibi & potus, replet, nihil finit transire ad hepar, inde phthisis, consumptio, &c. Quam causam evidentius
B explana-

explanavit *Petrus l. 1. dissert. harm. 25.* ubi ita scribit: Sicut enim vinum in dolio insito calore feces ad fundum & spondylia vasis deponit, & sicut artis ope elcito vini spiritu, aquâ vitæ, seu quintâ igneæ & æthereæ naturæ feces remanent variæ, eæque foetidæ, acres & sordidæ: ita etiam stomachus tanquam dolium naturæ, dum beneficio ignis naturæ vinum coquit, easdem feces separam, & per ductus idoneos, nisi infirmior sit, expellit: calor verò cordis ac hepatis per ulteriorem circulationem vivificum illud nectar elicit, nitro sulphureas & præas impuritates repellit, quæ cum omninò evinci atq; expelli nequeant, viscera offerciunt, unde graviss. morborum seminaria, origo & proventus uberrimus, ut meritò cum *Hipp.* fatendum nobis sit, *morbos & radices & semina in corpore habere.*

XXV. Inter eas verò causas, quæ per consensum ἀνοξεξία inducunt, pertinet & Epatis, ejusque venarum, item splenis obstructio & inflammatio; hinc apud *Hipp.* Splenetici, quibus scil. lien obduruit, aut inflammatus est, ἀπόστοι καὶ ἀνοξεξίαι, permanent: Et 3. *epid.* omnis cibi aversio ab inflammatione jecoris exitialis censetur. Intestina sæcibus flatu ac vermibus repleta, apostemata, ulcera, odore tetro laborantia, ut polypus, &c. quales inappetentes vidit *Anton. Guaynerius in com. d. pass. stom. c. 4. fol. mibi 81.* Vidi, inquit, quosdam qui etiam per polypum vel alicujus quoque foetida materia in naso retenta vel alibi fetidum odorem habuerunt. Et cum manducant, odorem istum fatidum esse putant: Et sic omnem cibum renuunt. Hæc ille. Mucronatæ cartilaginis perversio appetitum imminuere vel ferè abolere potest. *Senn. prax. l. 2. p. 2. c. 26.* Similiter ἀνοξεξία, ortum trahit è matrice vapores malignos ob mensium retentionem suggerente: vel à semine retento & corrupto, vel etiam à superfluo mensium fluxu. Deniq; omnes passionis cerebri, quæ nervos debilitant, appetitus ablationis causæ esse queunt.

XXVI. Externarum, quæ ἀνεξία seu primitivæ vocantur, ingens sylva hinc inde in scriptis medicis legere est. Et quia numerus earum sine numero, præcipuas modò enarrare, animus ordoque syadet.

XXVII, Ex

XXVII. Ex illis autem non infima tenent subsellia, Ni-
mia aëris externi caliditas vires corporis nostri resolvens, ni-
mia item aëris frigiditas, immodicus Tabaci usus, siquidem
eorum, qui à summo mane ad multam noctem Tabacum per-
fistulam hauriunt, se nullo cibo, etiam delicatissimo (dignum
patellâ operculum,) delectari, immò eos penitus averfari,
communis querela est; Potus gelidissimus, vinum generosum
nimis avidè hauſtum, somnus intempeſtivus præſertim meri-
dianus, totum corpus caputq; humoribus aggravans, qui tan-
dem decidunt, & ventriculi orificium infarciunt; nimius la-
bor & exercitium, otium nimium; hinc videmus eos, qui la-
boribus sunt dediti, etſi ter vel quater de die comedant, tamen
cibum avidè appetere, cum contrà in otio degentes vix ſemel
eum avidè appetant: Vita ſtudiis dedita, ſiquidem *Celfus* inge-
nuè fateri haut erubuit, plurimam literatorum partem imbe-
cilli laborare ventriculo; Exercitiorum conſvetorum inter-
miſſio, quo modo calor naturalis extingvitur atq; torpeſcit;
Crapula, cibaria faſtidioſa, magna animi *παθήματα*, quibus
interdum tanta vis ineſt, ut non tantùm appetitum immutare,
verùm etiam hominem ipſum vitæ hujus uſurâ privare poſſint.
Quod exemplum *Sophoclis* apud *Plin. l. 7. c. 37.* teſtatur, qui
cum victor in tragico concursu declaratus eſſet, ſtatim exani-
matum tradit. Sic & ex dolore *Wilhelmum Roſchildienſem* ca-
daveri *Regis Danie Svenoni* amiciffimo ipſius illacrimantem
ſtatim extinctum *Krantzius l. 4. hiſt. Danica* ſcriptum reliquit.
Item pudore quendam *Dialecticam* Profeſſorem luſoria quaſtione
non protinus ad interrogationem *Stilponis* diſſoluta expiraſſe,
ratum facit *Diodorus Cronus* teſte *Plinio l. 7.* Et alia plura, quæ
recenſere ſuperſedemus.

XXVIII. Præ reliquis ferè omnibus huic malo pronam
dant anſam *ἀντιπάθεια ἰδιοσυγγεγασία* & peculiare quarun-
dam naturarum proprietates, cum ſcil. aliqui aſpectu caſei, vel
alicujus rei, quam naſeant, ita afficiuntur, ut non ſolum ci-
bos non appetant, ſed ita quoque averſentur, ut non tantum ad
eorum guſtum ac odoratum, verum etiam viſum vel men-
tionem exhorreſcant, & naſeam concipiant, imò quandoque
ad vomitum concitentur.

XXIX. A causis ad differentias nunc recto, quod ajunt, telo ut progrediamur, proximum est. Licet quidem ex enarratis clarius patent, eas tamen clarioris evidentiae gratia in hoc redigamus compendium.

XXX. DIFFERENTIÆ. I. Ratione formæ seu generis Anorexia alia est Insignis; alia parva & remissa; alia continua. Anorexiæ continuæ exempla sunt multa. Refert *Gvilhelmus Fabr. Hildan. obs. 32. cent. 5.* historiam de puella, quæ integrum triennium absq; omni ciborum usu vixit. Duobus annis jejunasse quendam testatur *Calius Rhodiginus l. 13. antiq. lect. c. 24.* Imò qui longiore temporis spatio ab omni cibo & potu abstinuerunt, reperti sunt. *D. Jacob Zwingerus in epl. obs. 33. cent. 5. Gvil. Fabricij annexa,* meminit cujusdam, qui quindecim annis sine cibo vitam degit. Alterius, qui 40. annis nihil cibi sumpsit, *Rondeletius & Foubert.* Puellæ quæ viginti annis nihil comedit, *Rogerus Bacho & Martinus Delrio l. 2. disquisitionum magicar. quest. 21.* mentionem facit. Germanam mulierem triginta annos omnimoda inedia vitam traduxisse, *Johann. Boccatus* scripsit.

XXXI. II. Ratione SUBJECTI alia ἀνορεξία est per essentiam, alia per consensum. **III.** Ratione autem CAUSARUM, alia est recens, alia inveterata. Imo totuplex est, quot causæ. Alia enim oritur ab intemperie aliquâ cum vel sine materia, humoribus vitiosis: Alia ortum debet aëri, alimentis, vermibus. Essentialis fit à νεκρώσει seu ἀσθένει nervorum sexti cerebri, *paris. 1. in 1. Epid 29.* Sympathica morbis acutis, tabificis ac diuturnis, præsertim febribus malignis, succedit & omisiss exercitiis, in pleno victu, multo somno suppullulat. *Hoffm. patb. parv. c. 14. §. 3. & d. loc. aff. l. 1. c. 28. §. 6.*

XXXII. Nunc, ut expeditior fiat curandi ratio, SIGNA, quibus ad θεραπεύειν nobis opus est, attestante *Gal. l. 10. meth. 6. & 1. de vict. ac. c. 3.* nos in præsentis affectus cognitionem ducere poterunt.

XXXIII. Sunt autem illa vel Διγνωστικά, quæ præsentem morbum demonstrant: vel προγνωστικά, quæ futurum eventum præsagiunt.

XXXIV. ΔΙΑ-

XXXIV. ΔΙΑΓΝΩΣΤΙΚΑ ex patientis aut astantium re-
latu abundè patebunt, modò mens ægrotantis constet, neq; ho-
mo simul et affectum, qui reverà nullus est.

XXXV. Si ἀνορεξία oritur ex defectu sensus suctionis,
idq; ob alimenti abundantiam, vires non prosternuntur, etsi
æger aliquandiu à cibo abstineat: Quando verò longo tempo-
ris spatio cibum non appetat, tunc maximè prosternuntur, cor-
pusq; gracile evadit, atq; extenuatur. Si vitio venarum mesen-
traicarum non fiat attractio, dejectiones erunt liquidæ, chylo-
sæ, interdum albæ, interdum & virides. *Dom. Leon. art. meden-
bum. & part. morb. l. 1. sect. 3. c. 8.*

XXXVI. Sensum itidem in orificio ventriculi amissum
aut obtusum testantur vel mala cerebri *Διάθεσις*; vel instru-
mentorum, per quæ ad ventriculum influit facultas animalis;
vel ipsius ventriculi mala conformatio. Ejusdem sensus hebe-
tudinem prodit si ex usu rerum acutarum jejuno ventriculo as-
sumptarum, utpote sinapis, piperis, raphani, alii, cepearum,
nulla gravitas, nulla mordicatio, imò nullus singultus se-
quatur.

XXXVII. Calidam ventriculi intemperiem indicant
(teste Paulo.) sitis, oleosi seu nidorosi ructus, præcipuè cibo
præter voluntatem assumpto, promptior rerum frigidarum
coctaque difficilium digestio, ariditas lingvæ & faucium, labi-
orum saliva est lenta, urina ignea, tenuis ac citrina, pulsus ma-
gnus, velox ac frequens, fæces propter illam caliditatem in in-
testinis communicatam, siccæ atq; adustæ. Caliditas quoque
tactu sentitur, non tantum in ventriculi regione, & supra um-
bilicum, verùm etiam in volis manuum plantisq; pedum.

XXXVIII. Frigidam verò signa his ostendunt contraria;
neq; in hac ægri sitiunt, neq; frigida sustinent, & acida eru-
tant. Siquidem ventriculi intemp. frigidam semper argu-
unt ructus acidi, qui ex ea oriuntur, ut docet *Gal. 3. d. caus.
sympt. c. 1. & 1. de loc. aff. c. 1.* Ubi frigiditatis nomine non la-
psum frigidæ intemperiei insignem, sed imbecillum calorem
intelligit, cui adstipulatur *Vallesius l. 6. contr. med. & phil. c. 8.*

XXXIX. Si biliosi humores corrupti ac putridi unà
cum intemperie calida in causa sunt, ostendunt rosio & morsus

ventriculi, quo torquentur laborantes, nausea & ingens sitis, quibus conficiuntur, vomitus succedens bilis, orisque amaritudo, halitus putridi, fatentes ructus, presentia febris, ut *Paul.* asserit.

XL. Quibus cum frigida intemperie crassi lentiq; humores abundant, ii nec rosionem, nec morsum oris ventriculi, nec sitim experiuntur omnino, adest gravitas, & communiter omnibus supervenit nausea. Si in ventriculi sinus humores se receperint, vomitu erumpunt: si infarcti tunicis, nausea tantum premuntur. Si vero alius humor fuerit corruptus, adest nausea, stomachi subversio, foetor oris, & maxime in jejuniio eructatio, fatens quoq; egestio.

XLI. Ulcera a capostemata manifestant dolor, tensio, & tumor, egressus puris per vomitum aut secessum, fluxus alvi purulentus, mora cibi in ventriculo brevissima, mordicatio ex usu reum acutarum, quam etiam quandoq; ex nimio vini usu sentiunt.

XLII. Immodicam corporis plenitudinem ab humoribus crudis offendunt tumor venarum, *σφύγως* pororum & meatuum corporis, urinae crassities, plenitudo pulsus, somnolentia, pigritia corporis, multitudo egestionis.

XLIII. Reliquarum quoque causarum signa *καὶ συμπτώσεων* appetitum deicientium similiter haberi possunt vel ex operationibus læsistotius, vel singularum partium affectuum signis, quæ omnia suis locis, ne in immensum crescat dissertatio, sunt cognoscenda.

XLIV. Ordinis nunc ratio postulare videtur, ut consideratis diagnosticis, merito submittamus **PROGNOSTICA**, quæ alicujus momenti, & ad curationem oppidò necessaria sunt.

XLV. Anorexiam malum esse haut contemnendum, nemo Medicorum, uti reor, ibit inficias: siquidem corpora mirum in modum siccant, ad omnes actiones imbecilliora reddunt, ac instaurationi animalis adversatur.

XLVI. Si juxta principium morbi, aut vigorem viribus adhuc constantibus accesserit *ἀνορεξία*, nihil molestiarum affert, aut timoris habet, *Aetius l. 9. c. 20.* Modico enim alimento agri

to acri opus habent, ut ipse inquit. Si verò in declinatione morbi Inappetentia accedat, aut in diuturna imbecillitate, aut ex immodica evacuatione, periculo non vacat, cum caloris naturalis extinctionem significat.

XLVII. In longis morbis, malò hypochondriaco (*A. vicer. l. 1. fen. tertij tract. 4. c. 14. G. & Savaonorolatr 6. c. 1. rubr. 11. E.*) & inveteratà Dysenteria cibi fastidium superveniens, ultima aegrotorum calamitas est. *7. apb. 6. & 6. apb. 3.* Vocat *Hipp 1. epid. part. 2. μέγιστον καὶ κάκιστον σημεῖον*, aliàs κακοηθές, si præsertim ab exolutione caloris nativi pendeat. E contra non tam lethale signum est, si à caliditate & frigoris excessu oriatur, aut ab humorum repletione cacochymica, quæ sola purgatione indiget, hinc *7. epid. Cleomen. filio ἀνορεξία* citra febrem totos duos menses perduravit, ex pituitæ crudæ atque viscidæ copia, quæ tandem vomitu copioso fuit exclusa.

XLIX. In febre etiam potissimum incipiente aut vigente cibum averfari haut malum est, quia tunc natura putrescentium humorum pepasmo intenta, minus appetit alimentum, quod illam à suo instituto revocaret, uti eleganter docet *divinus noster Senex 2. apb. 32.* Sedatà namque febre ac humoribus morbificis exclusis sua sponte quasi redit munus intermissum.

XLIX. Debilitas & amissio appetitus in convalescentibus recidivam minuitur, quia adhuc aliquid de morbo relinquitur, de quo *Dictator noster 2. apb. 12.* Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν ἡσὶ νῆσοισι μετὰ κρείσσιν ὑποσφοδὰς ποιεῖν εἰωθεν: nisi hoc fuerit propter paucitatem sanguinis corporisque debilitatem.

L. Si in morbo aliquo ἀνορεξία adsit, ac postea aeger, subito, non præcedente crisi aliqua atque morbi imminutione cibum sumserit, terrificum signum est: Cerebri enim laesionem & virtutis sensitivæ extinctionem portendit. *Senn. l. 3. prax. part. 1. sect. 2. c. 4.* Et plerunque ultimum naturæ conatum significat.

LI. Pueri hoc malo incommodè afficiantur, quippe qui naturà ἀδδηφάγοι sunt, & assiduo fomite opus habent. *Donat. ab Altomar. de medend. hum. corp. mal. lib. τῆς ἀνορεξίας.*
Magnus

Magnus itaq; p. n. excessus significatur, si pueri inappetentia afficiantur. *Gal. 2. aph. 20.*

LII. Prostratio appetitus ex læsione nervorum sextæ conjugationis à cerebro venientis difficulter curatur.

LIII. Dejectio appetitus ab intemperie habituali deterior, quàm quæ vitio humorum provenit. Pejor verò quæ à frigiditate, quàm à caliditate.

LIV. Optimum signum est in omnibus morbis benè se habere ægros ad ea quæ offeruntur. Contrà autem se habere, malum, ut inquit *Hippocrates, Sacra Asclepiadeæ gentis νογύφαιος, 2. aph. 33.*

LV. Et hæc *ἑξινῶς καὶ ὡς ἐν τόπῳ* de tota Anorexiæ essentia dicta sufficiant. Consequens nunc est, ut ad alteram disputationis nostræ partem, nimirum Curationem ipsam proficiamus, paucaque de ea addamus.

LVI. CURATIO autem potissimum suis nititur certis Indicationibus, antequam hosti bellum indicit. Et cum *ἀνορεξία* variis à causis, uti dictum, oritur, videndum, utrum malum ab Intrinsecis, an Extrinsecis. Si ab Externis ducit originem, duas habet Indicationes, 1. ut causæ removeantur, 2. ut ventriculus corroboretur. Remotis causis externis videndum, an malum in ipso ventriculi orificio hæreat, an ab aliqua parte dependeat. Si intemperies aliqua adsit, corrigenda est contrariis. Si nulla fiat suctio vel percipitur, causa, quæ eam impedit, tollenda ac removenda. Si in ventriculo humores vitiosi abundant, vomitu, vel per alvum evacuentur. Et si materia quasi impacta sit, prius præparanda, ac postea evacuanda est. Simul etiam attendendum num materia in ipso ventriculo sit genita, an ab alia parte affluat. Hoc enim si accidat, ea evacuanda, & membrò mittente curatò præcavendum, ne pars illa amplius suggerat materiam.

LVII. Per has igitur Indicationes eò melius ad curationem hujus mali perveniamus, quæ in consuetis duobus Medicorum instrumentis Pharmacia atq; Diæta consistit. Tertiò, Chirurgiâ scil. haut indiget, nisi in febribus, præcipuè ardentibus, ex intemperie calida ortis, aliquis affluxus sanguinis vel inflammatio ventriculi sit metuenda.

LVIII. PHAR.

LVIII. PHARMACIA, quæ merito jure hinc primas tenet, varia nobis præbet medicamenta, quæ vel intrinsecus assumuntur, vel extrinsecus admoventur, & pro ratione humoris seu intemperiei variant.

LIX. Si anorexia intemperiei calidæ ortum debet, corrigitur illa refrigerantibus, ut: lactuca, acetosa, endivia, portulaca, Syr. granator. ac. acetosif. citri, violar. de coralliis, de agrest. oxyfacch. Sero lactis, juleb. rosat. violat. ribes, & illis similibus. Profunt corallia alba & rubra præparata vel in magisterium aut tincturam redacta. Edulia itidem actu & potentia frigida, præsertim quæ parantur cum aceto, Succ. granat. arantior. limon. & similibus quæ aciditate suâ languentem irritant appetitum. It. mala cydonior. poma acidula ac pyra. sub cineribus cocta postremo mensæ ferculo offerantur ad ventriculi orificium roborandum. Avicenna probat frigidæ potum, sed eâ quantitate, quâ calidum nativum non extingvatur, ut puero cuidam accidisse refert *Benivenius cap. 16.* qui frigidissimæ aquæ potu intra paucas horas extinctus est. *Poscam. i. e.* aquam cum aceto mixtam quoq; exhibere licet. *Paul. Æginet. l. 1. c. 37.* exhibet panem posca imbutum, & oxygalam, quam Romani Melcam appellant, quod obsonium est ex lacte paratum. Magna autem quantitate non sunt exhibenda, nec in eorum usu diu persistendum, ne calor innatus ventriculi, qui à calore extraneo & præternaturali dissipatur, & ob humidæ substantiæ absorptionem paucior factus magna refrigerantium copia, & diuturno eorum usu extingvatur. Ventriculus enim, qui nervosus est, facile à nimis læditur refrigerantibus. Refert *Benivenius de abditis morb. & sanat. caus. c. 15.* Quendam ex emplastro frigidissimo stomacho appposito singultu correptum ac mortuum fuisse.

LX. Inter medicamenta composita pro ventriculo calido gratissimum ægrorum palato sequens est Electuarium.

Rx. Conf. rosar. ℥ lat. ʒ ss.
acetos.

fl. cichor. an. ʒ j.

Cond. caul. lactuc. It.

cort. citri an. ʒ ss.

Vel Rx. Conf. violar. ʒ j.

rosar. ℥ lat. ʒ j.

cond. lactuc. Hisp.

cichor. an. ʒ ss.

spec. diamarg. fr.

℞

Spec.

Spec. dia tr. fant.
diarrh. Abb. an. ʒʒ.

Corall. pp. ʒj.

Spr. Oli g. aliq. ad
grat acid.

c. myr. cydon. q. s.

m. F. Electuar. molle, de
quo capiat eger quan-
tatem nucis juglan-
dis pro lubitu.

santal. citrin.

an. ʒʒ.

c. Syr. acetos. q. s.

F. Electuar.

quod d. ad
fict.

Chymiatri laudant Tinct. rosar. & violar. c. Spr. Oli, Θ Δ ac
permixtam.

LXI. Ad extra corrigimus calidam ventriculi intem-
periem medicamentis ex herbis, foliis, radicibus & seminibus
paratis ac ventriculo cautè, ne diaphragma attingant, applica-
tis. Huc referimus quoque olea, emplastra & linimenta, e. g.
tale paramus fomentum.

Rx. Herb. lactuc.

fl. rosar. rub.

borrag.

nymph. an. mʒ.

viol. pʒ.

hordei. miss.

santal. omn. an. ʒij.

corall. rub. ʒj.

Spec. diarrh. Abb. ʒʒ.

Incisa & contusa insuantur sacco
ex sindone rubra, qui vel siccus
vel vino austero coctus & ex-
pressus ventriculo imponatur.

Rx. Carn. cydon. sub cinerib.

vel, quod melius, in vin.

rub. aut acet. decoct. ʒij.

fl. rosar. rub. pulv. ʒij.

Cydonium in oxycrato decoctum, & cum ol. myrtin. vel ro-
sar. contusum ac cataplasmatibus modo superpositum, Trallianus
mirum

Ut fiat Unguentum.

Rx. Ungv. rosar. ʒij.

ol. rosar.

violar. an. ʒj.

santal. omn.

corall. rub.

coriandr. pp. an. ʒj.

gran. cherm.

spod. an. ʒʒ.

m. pro Liniment.

quò sub tepidò inungatur
ventriculi regio bis aus-
ter in die.

maslich. el. ʒj.

ol. rosar. comp. ʒij. m.

extend. in aluta in

form. scuti.

mirum in modum laudat. Corallium appensum ventriculo confortando utile est. Item & Jaspis appensus.

LXII. Et quia omnia, quæ bonum gratumq; odorem spirant, ventriculum firmant, & appetitum excitant, ut docet Gal. 3. de comp. med. sec. loca c. 3. facili negotio ad appetitum sciendum odora menta per nares attracta parari queunt ex pyris odoratis, coctis ex vino odorifero, ex aq. rosar. c. acet. & santalis mista. Extemporaneum hoc esse potest.

Rx. aqu. rosar. frag. ℥iij.

flor. citri. ℥ij.

vin. alb. ℥ij.

santal. omn. an. ℥j.

spir. rosar. ℥iij.

meliss. ℥ij.

m. pro Odoramento.

Conducunt & odores qui ex alimentis exhalant, ut odor mali cotonei, odor panis recentis, carnis elixæ cum petroselino & mentha. Nic. Piso de morb. cognosc. & curand. l. 3. c. 5.

LXIII. Si verò intemperies hæc non simplex, sed cum humore bilioso composita, sine ulla magna conturbatione eliciamus & exturbemus illum aloë, rhabarb. vel per se, vel harum extractis; El. lenit. s. diacathol. de citro solut. & ubi crassior est hic humor, & ventriculi tunicis adhæret, hierâ; vel decoct. myrobal. citrin. c. pauco santalo rubr. in sero lactis parato, vel decoct. tamarindor. in aq. ros. vel syr. ros. sol. vel cichor. c. rhab. ad ℥ij. Nec mantissæ munere fungitur cholagogum lenitivum Angel. Sala. Cui solida medicamenta magis placent, exhiberi potest hic Bolus:

Rx. Conf. rosar.

borrag. an. ℥ij.

rhabarb. opt. pulv. ℥ss.

diagr. rosar. g. iij.

Sacch. q. s. F. Bolus.

In forma potionis

Rx. rhabarb. el. pulv. ℥j.

aq. bord. s. ℥ij.

syr. rosar. sol. ℥j.

acid. q. s.

m. pro potione.

Vel si gravior erit forma pilularum.

Rx m. p. aloë ros. vel angelicar.

extr. rhabarb. an. ℥ss.

C 2

Scamno.

Scamm. ℥at. g. iij.

ol. citri ꝑt iij. m.

F. pilulae mediocres deaur. d.

LXIV. Qui ob frigiditatem ventriculi cibos fastidiunt, contrariis quoque curandi sunt cum cibis tum medicamentis, ut, absinth. salu. beton. menth. rub. rorismar. majoran. artemis. &c. Cichoracea omnia ventriculo confortando sunt utilissima, inquit *Montan.* Nam quia amara, ideo sunt calida. Ergo calefaciunt & confortant. *Avicenna, Arabum princeps,* laudibus extollit decoctum cinnamom. piperis, (Piper enim præcipuè integrum ante cibum devoratum valde stomachum frig. adjuvat in concoctione, ut docet *Crato*) diatrion piper. diacalaminth. mithridatium, cujus sententiæ & calculum suum addit, *Gal. 6. de sanit. tuend.* qui simul etiam myrrham, ligusticum, costum atq; pulegium laudat. Mastix stomachum laxatum & debilitatum in appetendo ac digerendo optimè restaurat: Unde dicit *Prævotius in Euphoristis,* valdè prodesse, si cottidiè sumatur ex ovo sorbili ℥j. circiter mastichis pulv. cum pauco ZZbre. *Alex.* probat theriacam, decoct. rutæ, anisor. allia, jus columbæ, contemperant succos malignos, & crudeos concoquunt, ac nutriunt.

LXV. Robur item ventriculo ab intra & ab extra addendum. Ad intra quidem exhibendo diatrion pipereon, arom. ros. caryoph. diagalang. morsulos ex spec. Imperator. Rotulas & morsulos stomachicos *Mynsichti,* Theriacam, mithridatium, diacorum, El. stomach. *Mynsicht.* trochisc. de rosis rub. *Abubetri Rbaza,* quos *9. ad Regem Mansorem c. 63.* describit. Pulverem stomach. *Birckman, apud Quercetanus.* It. diacydonitem c. spec. quod tanquam singulare in hoc affectu *Gal. 6. de tuend. sanit. c. 5.* commendat. Syr. absinth. de menth. beton. de cort. citr. rob. junip. & alia. Item pilulas sequentes *Varandæi* ad alterandum & roborandum paratas. ℞. Caryoph. cinnam. El. nucista an. ℥j. spec. arom. ros. ℥ss. piper. long ligni aloës, cubeb. an. ℥j. fl. rosar. rub. pulveris. ambr. gryf. an. gr. v. Incorporantur & in mass. pilular. formentur. De hac massa ℞. ℥j. & forma pilul. vj. quæ illinantur ol. cinnam. vel carioph. & deaur.

aur. de quibus i, vel ij. hora una ante pastum. Nec inutile erit
pro confortando ventriculo frigido sequens Electuarium.

Rx. Conf. rosar. $\text{\textcircled{L}}$.

beton. an. $\text{\textcircled{iiij}}$.

caryoph. cond. $\text{\textcircled{ij}}$.

nuc. mosch. cond. n. $\text{\textcircled{ij}}$.

mag. corall.

perlar. an. $\text{\textcircled{ij}}$.

ambr. gryf. gr. $\text{\textcircled{ij}}$.

c. mir. cydon. q. s.

m. F. Electuar.

E penu chymicorum ad corrigendam hanc intemperiem de-
promantur Essentiæ seu Extracta absinth. menth. cal. arom.
galang. lign. aloes, aqu. stomach. calida *Mynsicht*, aq. cinnam.
cydon. Elix. vitæ *Matthiol.* Spir. Mastichin. beton. $\text{\textcircled{L}}$. $\text{\textcircled{L}}$ is,
& alia.

LXVI. Ad extra verò stomachum fovent atque corro-
barant medicamenta confecta ex ol. absinth. nardin. de spica,
menthæ crisp. mastichin. xyloaloë, gallia moschat. mace &
aliis ab *Avicen.* propositis, quæ tutius versus umbilicum & re-
gionem sinistram applicantur; quia in dextra Epar facilè ni-
mium calefieri potest, ut svadet *Gvil. Fabr. Hild. cent. 2. obs. chir.*
Ut fiat unguentum.

Rx. menth. sicc.

lign. aloes an. $\text{\textcircled{ij}}$.

mastich. $\text{\textcircled{iiij}}$.

aloes $\text{\textcircled{ij}}$.

succ. absinth. $\text{\textcircled{iiij}}$.

ol. nardin.

mastich. an. $\text{\textcircled{ij}}$.

still. caryoph. gt. v.

Cere parum. m. pro Linim.

Valde quoque commendatur Balsamum stomachicum *Myn-
sichti*, quò ventriculus unguendus est quotidie bis, mane scil.
jejuno ventriculo, & vesperi finita coctione, & post inun-
ctionem linteum calidum duplex superponendum. Pro
Sacculis:

G 3

Rx. menth.

Rx. menth.
absinth.
majoran. an. miss.
cort. citr.
lign. aloes
mastich.
cinnam. an. Ziij.
macer.

galang.
calam. ar. an. Ziij.
rosar. succ. p. iij.
Concis. & conquis. d.
F. duo Sacculi, iisq; vino ru-
bro calente asperso madefa-
ctis foveatur ventriculi re-
gio bis in die.

Emplastra parari possunt ex aloë, mastiche, vino, & hordei farina, ac croco, adjectis ol. nardin. succ. absinth. ol. de nuc. mosch. de caryoph. Cui ceræ & therebinthinæ parum addatur. e. g.

Rx. Ladan. puriss. Ziij.
mastich. Zij.
spec. arom. ros. Ziij.
ol. nucistæ Zij.
c. ol. absinth. & ceræ

q. s. add. ol. rosar.
vel lign. rhodiogt. v.
F. l. a Cerotum, quod
extend. in aluta in-
form. Scuti.

LXVII. Si verò intemperies frig. cum pituita adsit, felici successu illam educimus El. de citro sol. in jusculo, vel decoct. menth. dissoluto, vel pil. de hier. cum agar. aggregat. ad Zij. vel agaric. mechoacan. per se aut eorum extractis si palato arrideant. Chymici hinc etiam valdè locupletes sunt, inter præcipua est \ominus \oplus li, \ominus diaphor. Cathartic. *Polychr.* (quæ *Ang. Sala* vehementer laudat.) & similibus phlegmagogis.

LXIX. Si autem *ἀνορεξία* ex miscella variorum humorum proveniat, & cruditas insignior occurrat, necessarium erit prius attenuantia, præparantia, incidentia, vias laxantia majori cum sedulitate præmittere, antequam humores vitiosos purgantibus expellamus. Inter ea Vomitoria, quòque tempore exhibita, insignem locant operam, præsertim si ægri *ἐνερμῆς*, & humores illi mucilaginosi ac ¶ rei ventriculi orificio hærent, & quasi fluctuant. Sunt autem illa vel Mitiora vel Fortiora.

LXIX. Vomitoria mitiora sunt ex aq. hordei tepida, ex Syr. acetos. citr. vel aq. tepida c. modico aceto aut oxymel. vel Succ. seu decoct. raphan. c. oxymell. vel pingvi & oleaginoso jure.

jure. Insigni vi emetica præditum est oxymel. squillit. cuius
ʒj. in ℥i. decocti hord. & sem. raphan. dissolvatur & tepidè je-
juno ventriculo sumatur. Satius enim fuerit (ut *Paul. & Alex.*
testantur.) si priusquam tepidam exhibueris, humectantia æ-
gro exhibeas alimenta, veluti ptisanæ cremorem, vel ovorum
lutea, deinde exiguo tempore interposito, vomitum provoca-
veris. Quod si quis ad Medicorum epulas fastidium habeat,
is, nullis adhibitis medicamentis, facili successu vomitum ciet,
si vel digitum, vel pennam gallinaceam, oleo prius communi
imbutam, in interiores fauces introducat, eamq; motu conci-
tet, quæ irritando fauces facilè in vomitum promovebit.

LXX. Inter **FORTIORA**, feliciter operam suam perficit
Manna Vomitoria, ab *Anglo Sala in Hemetologia & Quercetano*
in Tetrade commendata, quæ modico sacchari mista & in pin-
gvi brodio pulli vel carnis exhiberi potest. Præstantissimum
quoque Emeticum est El. diasari Fernel. ad ʒß. in jure pulli.
Excellit Gilla $\text{\textcircled{O}}$ li in brodio dissoluta ad ʒj. Flores Mercur. at-
gentei, Vomitorium benedict. Oxysacchar. vomitor. Vitrio-
lum vomitivum à ʒj ad ʒß. in haustu vini vel cerevisiæ, aut
conservâ rosarum. Sal $\text{\textcircled{O}}$ li, Mercur. vitæ, utriusq; ad gr. v.
Pari commendatione hîc vires suas obtrudit vitrum Antimon.
Croc. metall. utriusq; ad ʒß. in vini cyatho. Syr. philosoph.
Hartm. Aqu. benedict. *Rul.* Verùm cum his omnibus cautè
procedendum, ne acuto infans cultello incautus periculum
accersas, & vitiosi humores ex universo corpore ad ventricu-
lum commoveantur, eumq; debilitent.

LXXI. Qui verò ad vomitum non sunt proni, melius
erit in his ab Emeticis abstinere, & peccantem ac vitiosam ma-
teriam ad alvum potius, copioso aliquo ac temperato alimen-
to prius exhibito, provocare. Initium igitur faciamus à

LXXII. **LENIENTIBUS**, quæ pro ratione humorum
peccantium varia sunt, utq; per *Ἰμμεγισμὸν* operentur, sæpius
iteranda. Inter ea meritò reponimus Crem. & cryst. $\text{\textcircled{P}}$ i, quo-
rum hodiè celeberrimus usus est; manna, cassia, Syr. & El. le-
nit. seu diacathol. mell. rosat. sol. &c. ex quibus omnibus pro
palato ac placito ægri varia parantur composita. Ubi verò
crassior

crassior humor est & ventriculi tunicis pertinacius adhæret,
vix commodius medicamentum haberi potest, quàm Hiera,
Senn. l. 2. part. 1. s. l. c. 10. e. g.

Si æger appetit pulverem le-

niter purgantem
℞. Crem. ꝛi albiff. ℥j.
resin. Scamm. gr. vj.
fecl. rad. arigr. ij.
ol. cinnam. gt. i.
℞fol. par.
m. pro pulvere.

Si petat Bolum, in bile crassa
ac tunicis ventriculi im-

pecta, talis convenit
℞. El. lenit. s.
diacathol. an. ʒij.
spec. diaturb. c. rb. ℥j.
crystall. ꝛi ʒß.
Sacch. q. s. m. F. Bolus
obduc. Ⓞ. & d.

LXXII. Si humor crassus ac mucilaginosis ventricu-
lo tenaciùs inhæreat, aut in venis mesaraicis collectus sucção-
nem impediat, DIGESTIVA competunt, inter quæ vires suas
non sine fructu exserunt, Acidum ꝛi simpl. Mixtura simpl. Ⓞ
ꝛi, cryst. ꝛ. ꝛ. Ⓞlat. fecl. aron. bryon. Ⓞ absinth. beton.
junip. centaur. min. & pulv. stomach. Birckm. compositus & à
Quercetano in pharmoc. dog. pag. 446. descriptus, quæ omnia
nonnunquam magnâ cum utilitate & fructu purgantibus præ-
mittuntur. Optimô jure hûc quoque referri possunt Syr. de
beton. de hyssop. menth. calaminth. mell. rosat. col. Syr. ace-
tos. simpl. syr. rosar. sol. oxymell. simpl. & squil. Succ. cardui-
ben. decocta & aq. betonic. calaminth. hyssop. rosar. menth.
Ex his quoque in forma decocti, Syrupi, pulveris, pro deside-
rio patientis parari queunt, E. g.

℞. mell. rosat. ʒß.

Syr. de beton. vel

hyssop ʒj.

•oxymel s. ʒß.

Spr. Ⓞl. gt. vj.

m. & d.

℞. Cryst. ꝛi ʒj.

ꝛi Ⓞlat ʒß.

fecl. arigr ʒj.

Ⓞl. ꝛi. ʒß.

m. F. Pulv. pro

ʒ. vel 4 dosib.

LXXIV. Lenientibus ac Digestivis PURGANTIA
succedant, Inter illa singulariter commendantur Agaricus,
rhabarb. mechoac. & ex his parata Extracta. Picram ex aloë
vel ex malis cotoneis paratam *Paulus l. 3. c. 17.* laudat. Hieram,
verò simplicem Gal. antiqui commendant, tanquam singula-
rissimum

risimum medicamentum, cum, teste *Trulliano*, habeat hoc privilegium, ut humores vitiosos purget & evacuet. Radix Gialap. vel Chelap summis extollitur præconiis; cruditatibus enim resistit, easque per alvum exterminat feliciter. Fideliter quoque sua peragunt officia spec. hier. s. diaturb. c. rh. diaphan. elecoph. pulv. laxativus vegetabil. *Nobilissimi Dn. Præsidis, Promotoris, Præceptoris & Patroni mei magni,* Pilul. de hier. c. agar. aloephang. assajaret. mastichin. stomach. pil. de trib. quæ blandè ventriculo innoxios subducunt humores. It. passul. purg. troch. alhand. Extr. panchymag. Ex quibus variæ remediorum formulæ concinnari possunt.

In materia biliosa.

Rx. m. pil. d. aloerof.
 stomach. Alk. an. ℥ss.
 extr. rhabarb.
 gialap. an. gr. v.
 Scamm. ꝑat. gr. iij.
 c. aq. cinnam. qf.
 F. Pilul. xxi.

Rx. Magist. gialap.
 Crem. ꝑi albiss. an. ℥ss.
 epat. rubr. gr. xv.
 resin. Scam. gr. v.
 fecul. aron. gr. iij.
 Spr. Ol. coag. gr. ij.
 ol. cinnam.
 citri an. gt. i.
 m. F. Pulvis.

LXXV. Cautè tamen, juxta alterum seculi nostri *Hipp. Sennertum*, purgantia sunt usurpanda. Frequens enim purgantium, præsertim fortiorum, usus ventriculi debilitatem auget, & natura tandem iis ita assuescit, ut sine fructu usurpentur. Itaq; ultra aloen, agaricum, mechoac. rhabarb. Senam vix ascendendum. l. 2. part. 1. s. 1. c. 10.

In materia pituitosa.

Rx. pil. d. hier. c. ag.
 aloephang.
 mastich. an. ℥ss.
 extr. mechoac. alb. gr. vij.
 troch. alhand. gr. iij.
 c. aq. beton. & guttul.
 aliq. Spr. Oli.
 F. Pilul. xxv.

Rx. El. diaphan. ℥ij.
 extr. mechoac. ℥j.
 gialap. ℥ss.
 ꝑri Ol. gr. vi.
 Sacch. albiss. q. s.
 ol. anis. gt. ij.
 m. F. Bolus.

D

LXXVI. Præ

LXXVI. Præparatâ atq; purgatâ materiâ, nec ventriculorum roborantia & alterantia sunt omittenda. Dandum itaque in copia humoris biliosi Syr. corall. conserv. rosar. Glat. acetosell. violar. cond. cort. citr. rad. cichor. &c. In humore verò pituitoso diacydonium c. aromat. conf. menth. hyssop. absinth. myrobalan. chebuli condit. Syr. cydoneor. de cort. citr. c. mosch. spec. diagalang. arom. rosar. spec. stomach. *Mynsichti*, extr. galang. calam. ar. & alia, quorum supra mentio facta est, ex quibus pro cujusque Medici arbitrio & delectu varia composita magistrâ arte præparari possunt. Pari successu ad alterandum ventriculum hîc quoque expectationi nostræ satisfaciunt Acidulæ ferratæ, quales imprimis Egranæ in Germania nostrasunt: Quæ verò si naturales habere nequeant, arte conficiendæ sunt ex Marte, spiritibus acidis corrosivis, & in tenuissimum alcohol redactis. E medicamentis Chymicis ad roborandum ventriculum. Elix. ppr. simpl. & cum succis, Balsam. vitæ liquidus, Elix. Oli *Mynsichti*. Elix. balsam. stomachale, mixtur. stomach. *Sereniss. Elector. Saxonie Archiatri, Dn. Parentis mei carissimi*. Inter hæc autem auxiliatrices manus præ cæteris porrigit quoq; Spr. Oli, quem Lapidem officinæ angularem nonnulli vocarunt, illumque *Paracelsus ipse l. 1. d. reb. nat. c. 8. tit. d. vitr. pharm.* vehementer commendavit, imprimis Veneris, quem acetositatem esurinam Veneris nominant. Spr. Ol. à Ole volatili corrosivo purgatus mira virtute sopitum excitat appetitum.

LXXVII. Verùm an Spr. Oli usus hoc in affectu sic concedendus, de hoc in schola medica adhuc contentio nis ferra recipitur. Reperiuntur enim plurimi, qui improbant ejus usum & canè pejus ac angve fugiendum esse præcipiunt, ut liquet ex *Sylvatico controvers. 48.* & alii. E contra multi sunt, qui, illum in appetitu languido excitando palmam mereri, asseverant.

LXXVIII. Nos Spiritus Oli usum, qui hodiè frequens est, in Anorexia summoperè commendamus, & audacter statuimus illum in appetitu prostrato plurimùm valere, tunc potissimum temporis, ubi facibus mucilaginosi & Feis interna par-

nae partes ventriculi obvolvuntur quasi & incrustantur, ita ut
 Spiritus famem producentes obruantur, & ad operas suas per-
 faciendas inepti reddantur. Continet enim in se vim penetran-
 tem, crassos ac ^{viscosos} humores in ventriculo ejusque orificio
 haerentes incidentem, mundificantem, putredinem inhiben-
 tem. *Crato in operc. Epist. à Scholz. edit. ep. 146.* Ingens orificio
 ventriculi robor addit, & commodà suâ adstrictione spiritus
 esurientes antea quasi sepultos ad appetitum excitat, & ven-
 triculum roborat, efficitq; ut inconcocta ac cruda ad perfe-
 ctionem perveniant.

LXXIX. Imò Spr. Oli usum ad appetentiam provo-
 candam multum convenire, Practicorum autoritate proba-
 mus, qui nimirum in correctione dejecti appetitus à causa ca-
 lida cibos cum aceto paratos frequenter concedendos & præ-
 scribendos esse putant, ut patet ex *Paul. Aegin. l. 3. de re med.*
c. 37. Alex. Trall. l. 7. c. 5. quatenus videlicet acetum abundat
 ejusmodi vitriolata acciditate, cujus ratione fervidas coagu-
 lat, earumque fructus refrigerando simul ex accidente interpel-
 lit. Verùm videndum, ne quid nimis, & humidum radicale
 ventriculi ab eo dissipetur & absumatur, quod sæpè ab intem-
 pestivo & nimio Spr. Oli usu accidit. Ubi verò calor ventri-
 culi langvet, & humidum radicale deficit, plus obest, quam
 prodest Spr. Oli. *Senn. l. 3. p. 1. f. 2. c. 9.*

LXXX. EXTERNA quod attinet, eorum usus confi-
 stit in fomentis, balsamis, linimentis & Emplastris, quibus olea
 confortantia quoque adferunt suppetitias, de quibus omnibus
 supra dictum. Pellis vulturis aut Struthiocameli supra ven-
 triculi regionem gestata, non solum coctionem juvare, sed &
 deperditum appetitum restituere, creditur. Sæpissimè hodierno
 die Scuta è Cygnorum coriis, vel è pelle cati silvestris à multis
 usurpantur. *Galenî* tempore, ut patet *5. de simpl. med. facult. c. 6.*
 Catellus probè pingvis, aut optimæ constitutionis puer pecto-
 ri fuit admotus, ne debilis ventriculi calor in majus incideret
 periculum. Melius verò consilium *Davidi Regi* septuagenario
 ejus Medici dederunt, ut in *Abisage Sunamitidis* amplexibus
 dormiret, quò virginis calor senile corpus foveret. Verùm ri-
 tus iste ventriculum corroborandi vetustate exolevit, quem si

vetustas non sustulisset, multi profecto ventriculi imbecillitatem exemplo *Davidis* moti, simularent. Vola manus admota noctu vicem horum omnium supplere potest, propter analogiam mutui caloris. Coctioni enim mirificas fert suppetias; imbecillum ventriculum roborat: imò diuturnas ventriculi *ἀνοσίς* restituit.

LXXXI. Quod si ob ulcera vel apostemata in ore ventriculi appetitum destrui contingat, ea secundum methodum medendi ulceribus & apostematibus destinata curanda.

LXXXII. Si verò à Vermibus oriatur, tunc illi necandi & expellendi sunt certis remediis, quorum immensam copiam inter reliquos Practicos suppeditat *Ludov. Sept. l. 7. caut. 107. & seqq.*

LXXXIII. Quando ob affectionem aliorum membrorum origo hujus mali evenit, tunc curatio ad partem affectam dirigatur.

LXXXIV. Demum si accidentia plerumq; affectum hunc concomitantia ad se curationem trahant, quorum tria, *ἀντιψία* vid. *ἀρεσφία* & *συννομή*, à Medicis numerantur, illa etiam ex propriis locis est petenda.

LXXXV. Et hæc sunt quæ pro nostris conatibus de hujus mali curatione addere libuit. Nunc colophonem disputationi nostræ ut imponamus, & convenientem ægris Dietam, quæ ex legitimo sex rerum non naturalium usu dependet, levi penicillo deprimamus, restat.

LXXXVI. AER igitur, si intemperies calida adest, purus ac frigidiusculus eligatur; Siquidem aëris frigidi inspiratio multum confert ad excitandam appetentiam, ut & ablutio corporis, ac frequens indusiorum mutatio, ut ait *Piso. l. 3. c. 5.* Et talis, si natura non est, arte procuretur, ut domus, cubile, stragula & similia benè munda, odorata & aëre perflata existant; præprimis æger caveat à radiis solaribus. Si autem ab intemperie frigida, vel humoribus in ventriculo redundantibus pendeat, aër purus atq; calidus eligendus.

LXXXVII. CIBUS, à quacunque causa, sit *ἐυχουσι*, *εὐπεπτι*, καὶ ἀψυσι. In intemp. calida commendantur & exhibentur cibi refrigerantes, & cum aceto parati, ut *Thes. 58.* dictum.

dictum. Panis mediocriter fermentatus, ova sorbilia, gallorum testes, pedes suilli in decoctione eliquati, idque commune sit cibi fastidio ex quacunque causa orto, inquit *Don. ab Alomar.* loco præcitato. Carnes lactantium, hædinæ, vitulinæ, agninæ &c. Iis verò qui consueti sunt ex consensu *Hipp. 2. aph. 38 & 50.* cibus paulò deterior, svavior tamen, concedendus. Cibi apponantur in una mensa non varii, sed pauci, ac optimo apparatus, & ultra dulcedinem allicientes, appetitum irritantes, multi alimenti, non verò excrementi.

LXXXVIII. In intemp. frig. utantur pane recenti & benè subacto, sem. carui, fænic. anis. condito: Carnibus perdicum, pullorum, gallinarum, caponum, fasianorum, avium montanarum, piscibus saxatilibus frixis & pipere conditis. Condiri poterunt cibo aromatibus, ut cinnam. ZZb. caryoph. nuc. mosch. Salvia, carvi, roremarino ac similibus quæ ad calefaciendum ac roborandum ventriculi orificium multum conferunt & svavem saporem exhibent. A croco verò in Anorexia abstinendum, cum levem vim habeat narcoticam, appetitumque, teste *Avicenna*, prosterнат. Panis ex vino malvatico vel Hispanico sumpta optimè calefacit ventriculum frigidum & languidum. Alimenti medicamentosi vicem obtinebunt olivæ, quas Græci Colymbadas vocant, sale conditæ & aceto perfusæ, & similia tali modo parata, ut Cappares, quæ, ut ponit *Gal. l. 1. de alim.* appetitum diminutum incitant, & quod in stomacho est, mundant, & per secessum id educunt. In omni verò ἀνορεξία πολυποίκιλοι, imprimis cerebrum animalium, pingviaque omnia, butyrofa, oleosa, & admodum dulcia sunt fugienda, quia oblinendo ventriculi os statim satietatem inferunt. E contra usurpantur ea, quæ sensum appetitus stimulant, qualia sunt acria & salsa, præcipuè in primâ mensâ, cum incidendi ac attenuandi vim habeat; quâ ratione etiam conceduntur Haleces muriâ conditæ. Cavendum quoque ne statim in ingressu mensæ jusculum aliquod consummatum aut vinum generosum assumatur, quoniam hæc celeriter nutriendo appetentiam subito cessare faciunt. 2. aph. 21. Inedia interdum per unum vel alterum diem instituat, donec omnis ventriculi langvor recedat. Sic apud *Boccacium*, legimus,

D 3 quod

quod Abbas quidam opulentus laborans appetentia dejecta
ad thermas se conferre voluerit, & in itinere captus à latrone
diu sine ullo propemodum alimento custoditus sit, & exinde
breui appetitum ac sanitatem recuperarit. Et Galenus mu-
liericuidam biduanum jejunium imperavit, appetitumque ex
voto reduxit.

LXXXIX. POTUS sit in Cal. intemp. aqua purissima
& limpidissima, quia vorax est, secundum *Hipp. 6. Epid. com. 4.*
2. 20. vel aqu. hordei, cui julebum violar. rosar. & guttul. ali-
quot Spr. Θ l. & Δ addere non inutile est: Cerevisia item defe-
cata, & vinum δ λιγὸφορον album, sed abundè dilutum, *Gal.*
Oxygala seu lac acidum concedit, *3. d. simpl. med. fac. c. 6.* In
frigida verò intemp. bibant cerevisiam optimæ notæ, non
crassam, nec flatulentam, sed probè fermentatam & lupulatâ.
Absinthites apprimè conducit, refertque *Gal. in lib. d. Theriac.*
ad Pis. se cuidam Vetulæ appetitum penè ablatum solo absin-
thii usu restituisse. Vinum, si æger ipsi est adsvetus, exhibea-
tur subastringens, vetus, generosum, Rhenanum. Hispani-
cum imprimis calefacit & confortat frigidum ventriculum.
Sic *Livia Augusta*, teste *Plinio*, annos 82. acceptos retulit vino
punico. Vinum conditum, i. e. calidis alteratum, *Ægineta*
valdè probat.

XC. SOMNO in intep. cal. non indulgeant longiori,
quò nimium incalescant viscera; neque *Vigiliis* immode-
ratis, propter nimiam resolutionem; neq; statim post cibum,
ante duas tresvè horas cubitum petant. In frig. intemp. quo-
que ægroti plus vigiliis, quàm somno addicti esse debent, ut fiat
conveniens inanitio & suctus externarum partium.

XCI. EXERCITIA in quacunque Anorexia sint mode-
rata ac debito & conveniente tempore, corpore præsertim je-
juno, & ante cibum instituta. *Hipp. 6. Epid. part. 4. aph. 28* plus
tamen in Intemp. frig. labori quàm otio dediti erunt, ne ϵ -
 γ νωσις causatur.

XCII. ALVUS sit aperta, & non adstricta; & hoc si
forte contingat, ut solitæ evacuationes supprimantur atque
excrementa plus justo detineantur, medicamentis ϵ κκοπεωλι-
κοις natura ad expulsionem erit proritanda.

XCIII. Omnia

XCIII. Omnia ANIMIPATHEMATA procul sint relegenda, præprimis verò Ira, mœror & tristitia.

XCIV. τὰ ΑΦΡΟΘΙΪΣΙΑ ET VENERIS ACTIONES omnes, ni malum à semine retento ac corrupto, de *Aretai* opinionone, omninò fugere vel modicè exercere convenit. Venus enim nimia nondum peractâ coctione bellum ventriculo indicit, omnemque illius vigorem enervat: Cui regium exemplum imitari, *Sunamitidem* exofculari, debilem ventriculi calorem *Gordonij* emplastro reparare, gratisque amplexibus gradum ejus exaltare, ab invidiosa fortuna datum non est, succedanea sibi comparet adminicula.

XCV. Atque hæc de Anorexia, non quâ debuit, sed quâ per ingeniosi tenuitatem concessum fuit, proponere ac subjicere placuit. Cætera, quæ desiderantur, ipse conflictus suppedabit.

Δόξα τῷ Θεῷ Ἀρχιδίτῳ Τεσσαρίῳ.

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis
Gratatur Mater, SCHRÖTERO - sanguine nata,
Dum Tu militia non ultimæ portio nostra
NESTERE, Aonidum Musarum cultor amande,
publicitus medica vires committis arena.
NOS etiam, FELICITER, addimus! omnia cedant
faustiter! ut viridi redimitus tempora lauru,
à tenebris teneisq, nigris in seculatutum
& serum trudas dignum super athera nomen.

Benevolentiaæ contestandæ hanc
tesseram adponebat GVERNE-
RUS ROLFINCK Ph. & Med.D.
Pr. & Chim. P. P. Facult. Sen.
Medicus Ducalis Saxo - Vi-
nariensis,

Phœbi

Phæbi Dresdensis soboles, NESTERE, probatum
in praxi medicâ, Te Sneeberga vocat.
Te Sneeberga vocat. Digno Salanus Apollo
Hinc Tibimet meritò digna brabèa dabit.
Conatus Jehova juvet, gratâque labantis
Hunc stomachi Martem prosperitate beet!

*fausta acclamationis ergò
funde.*

GOTHOFREDUS MOEBIUS D.P.P.
Medicus Elect. Brandenb. &
Adm. ArchiEpisc. Magdeb.
Facult. Med. p.t. Decanus.

Alrea qui Clarü cupisti premia Phæbi,
NESTERE, accipies Tua quod jam vivida pridem
sedulitas meruit; quod postulat Enthea Virtus,
ausa caput proferre suo maturior ævo.

I quò Te Tuus ardor agit, genuina Parentis
tàm magni soboles; quem posthac tute sequutus.
Premia splendidiora feres, cum plurima quondam
Gloria Te memori dabit inclarescere famâ.

gratulab. ἀποχρῆδ.


CHRISTOPHORUS Schelhammer/
Med. D. & P. P.

F I N I S.

ULB Halle


3


005 132 606



V017







1649,5 5

M. A.
ica Inauguralis

OPHEIAS

ETENTIA RICULI

SALANIS

*Illustris & Gratosissimè
ibidem Ordinis*

LYPEO

R I

lentissimi atq; Experientissimi,

RI ROLFINCII,

arissimi, Practicæ & Chim.

ni, Facultatis Senioris Gravissimi,

Vinariensis eminentissimi, Do-

oris ac Patroni æviternum

i & colendi

CENTIA,

ilegiis DOCTORALIBUS

timè consequendis

mandam proponit

THIAS NESTERUS

Nivemontanæ Physicus Ord.

m 27. JunI

giori, Horis solitis.

N Æ,

LOBENSTEINIANO.

clō lōc XLIX.

